

*LA.* videndumst ne minu' propter iram hanc impetrem  
quam possi(e)m,

aut nequid faciam plus quod post me minu' fecisse satiu' sit. 730

5 adgrediar. Bacchi', salve.

*BA.* salve, Lache. *LA.* credo edepol te non nil mirari,  
Bacchis,

quid sit quapropter te huc foras puerum evocare iussi.

*BA.* ego pol quoque etiam timida sum quom venit mi in  
mentem quae sim,

ne nomen mihi quaesti obsiet; nam mores facile tutor. 735

10 *LA.* si vera dici' nil tibist a me pericli, mulier;

nam iam aetate eã sum ut non siet peccato mi ignosci  
aequom:

quo magis omnis res cautius ne temere faciam adcuro.

nam si id facis facturave es bonas quod par est facere,

inscitum offerre iniuriam tibi [me] inmerenti iniquom est. 740

15 *BA.* est magna ecastor gratiã de istac re quam tibi habeam;

nam qui post factam iniuriam se expurget parũ mi prosit.

sed quid istuc est? *LA.* meũm receptas filium ad te Pam-  
philum. *BA.* ah.

*LA.* sine dicam: uxorem hanc priu' quam duxit, vo-  
strum amorem pertuli.

manẽ: nondum etiam dixi id quod voluĩ. hic nunc 745  
uxorem habet: